

Jacob Lembke

**Jacobus Lembke, D. & Ampliss. Facultat. Iurid. ad hunc Actum Decanus ... Ad Disputationem Inauguralem ... Dn. Johann. Amseln, Rostoch. ... De Obsignatione Iudiciali Oder Berichtliecher Versiegelung ... habendam instituit, Magnificum Dn. Rectorem ... invitat**

Rostochi[i]: Wepplingi[us], 1691

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741705842>

Druck    Freier  Zugang



RU jurist. 18. Juni 1691

Lembcken, Jac. 16



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rostdok/ppn741705842/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn741705842/phys_0002)



JACOBUS  Semper

D. & Ampliss. Facultat. Jurid.

ad hunc Actum DECANUS,

Suo & totius Collegii Nomine

AD

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

CLARISSIMI Ac PRÆNOMINIS

DN. JOHANN. SIMSON ROSTOCH.

QUAM, DEO AUSPICE,

DE

OBSIGNATIONE  
JUDICIALI

Ex  
Bibliotheca  
Academica  
Rostochiensis

Gerichtlicher Versiegelung/

PRO LICENTIA

Summos in utroq; Jure Honores ac Privilegia obtinendi  
ad Diem XVIII. Jun. IN AUDITORIO MAJORI,  
horis ante & post meridianis  
habendam instituit,

Magnificum DN. RECTOREM, utriusq;

Reipubl. Nobiliss. ac Ampliss. SENATUM, reliquosq; omni-  
um Ordinum, Honorum ac Dignitatum Cives Academicos,  
atq; adeo omnes Literatos Literarumq; Fautores  
officiosè ac per amanter invitata.

Rostochi, Charact. WEPPLINGI, Univers. Typogr. 1691.

46



J. J.



Bsignationem aut Sigilli appositionem magnam non tantum utilitatem, sed & interdum necessitatem secum ferre, Jurisprudentia nostra satis superque docet. Utilitas ob signationis variis exemplis probari potest, & inter alia in eo consistit, quod sigilli appositiō denotet, res illorum esse, quorum signa habent; hinc ballis mercatorum, aliisque rebus emptis sigilla apposita indicant & arguunt earum traditionem, & acquisitionem domini ab iis factam, quorum sunt. l. 14. s. 1. ff. d. peric. & commod. rei. vend. Bōer. Decis. 105. n. 9. dummodo alia præsumptio non adsit. Menoch. Confil. 122. n. 20. Christ. vol. 2. dec. III. Si verò alia causa, quam animus tradendi præsumi queat, per appositionem signi, nec traditio facta, nec dominium translatum esse videtur. Hinc licet dolium vini venditum signatum sit, traditum tamen id ideo statim non præsumitur, cum eō fine hoc potius factum fuerit, ne summutetur, & aliud do.

dolum pro illo supponatur, vel aliquid aquæ infundatur. l. i.  
§. 2. ff. d. peric. & commod. rei vend. Vid. Salicet. in l. fin. C. de peric.  
& commod. rei vend. Stracha de Mercatur. part. 2. n. 90. Non  
minus etiam appositionis sigilli utilitas ex eō apparet, quod  
illa certissimam contractus in instrumento contenti, etiam  
absque subscriptione contrahentium, perfectionem ac con-  
clusionem denotet. Gloss. & Bald. in l. 17. verb. absoluta. C. d. sive  
instrum. Harem. Pistor. part. 3. quæst. 27. n. 8. Wesenbec. Consil. 42. n.  
7. & seqq. quia sigillum videtur habere vim subscriptionis. Cra-  
veet. de antiqu. tempor. Rubric. revocare consilium. verb. queritur  
etiam n. 44. idemque, quod subscriptio, operatur Menoch. d. ar-  
bitrar. jud. quæst. Libr. 2. Cent. 2. cas. 113. n. 10. maximè, si appareat  
ab eo, vel consensu ejus, ad quem pertinet, appositum fuisse.  
l. 2. ibid. Gloss. C. d. reb. alien. non alien. Felin in cap. tertio loco. X.  
de probat. Et inde apponens sigillum censetur in dubio ha-  
buisse notitiam contentorum in instrumento. Bartol. in l. i. §.  
si quis neget. ff. quemadmod. testam. aper. presumiturque con-  
sentire in contenta ejus. l. i. §. 2. ff. d. testam. milit. l. 2. C. d. reb.  
alien. non alien. Klock. vol. 2. Consil. 41. n. 357. & seqq. Dec. in cap. 2.  
n. 31. & 64. X. d. sive instrum. Necessitas verò signaturæ in se-  
quentibus causis potissimum se se exercit (1.) enim in Testamen-  
to de necessitate septem testium signacula requiruntur, nec  
sola testium subscriptio sufficit, sed conjunctim & subscri-  
ptio & subsignatio desideratur, idque in tantum, ut si mo-  
dò unius testis, licet subscripterit, & etiam defectum sigil-  
li his verbis: In Ermangelung meines Siegels meine eigene  
Hand. testatus fuerit, Sigillum deficiat, totum testamentum corruat. Clarissima hanc in rem sunt verba JCti Ulpiani  
in l. 22. §. 4. ff. qui testam. fac. poss. Si quis ex testibus no-  
men suum non adscripterit, veruntamen signaverit, pro  
eo est, ac si adhibitus non esset, & si, ut multi faciunt,  
adscripterit se, non tamen signaverit, adhuc idem dice-  
mus. Nec mirum, cum pro formâ & majori testamento-  
rum solennitate, non tantum subscriptio, sed & signatu-  
ra, aut septem testium signa à jure publico præcile exigan-

tur §. 3. Inst. de testam. ord. 22. §. 4. ff. qui testam. fac. poss. Ret. Imp.  
de Anno 1512. Rüb. von Testamenten. § die Form eines Testamentes &  
& proinde, juxta illud vulgatum, per aliud æquipollens admis-  
pleri nequeat. l. 3. §. fin. l. 33. ff. da jurejur. Add. Vnsq. de success.  
creat. §. 15. n. 1. 2. § 14. Maniz. de Testam. tit. 4. queß. l. n. 124.  
Plane nihil interest, utrum testes suò signaculò, an verò a-  
lienò, etiam ipsius Testatoris signent, in tantum, ut omnes  
testes unò annulò signare queant l. 21. §. 2. ff. qui testam. fac.  
poss. Pendet enim illa signatio non tam ex materia signi,  
quam potius ex fide testantis. Et licet Speculator. libr. 2. part.  
2. n. 16. consulat, acutile sit, ut testes alienò annulò signantes  
adscribant, cuius annulò sint usi, quò facere etiam videtur  
l. pen. ff. qui testam. fac. poss. ubi in subscriptionibus ejusmo-  
di circumstantiae requiruntur, ut sciatur quis, cuius testa-  
mentum signaverit, minimè tamen id necessarium est & ab-  
solutè requiritur. Nec refert, maximè hodie, ex notariâ  
consuetudine, utrum testes annulò, utrum aliò impresto si-  
gnent d. Rec. Imp. de Anno 1512. §. 7. dummodò eò alias ad fidem  
faciendam utantur, & non tantum negotia leviora, sed & gra-  
viora signare soleant l. 22. §. 5 ff. qui testam. fac. poss. Vid. Wurmser.  
ad Inst. libr. 2. tit. 3. queß. 3. Hiling. ad Donell. libr. 6. cap. 8. lit. B.  
Siruv. in Syntagma. Exerc. 32. lib. 10. Solebant præterea olim, quod  
& hodie nonnunquam observatur, linò seu filò linteò ter-  
per foramina trajectò signacula à testibus apponi l. 1. §. pen. &  
ult. C. d. bon. possess. sec. tabb. l. 30. C. qui testam. fac. poss. quod  
linum, cuius coloris esset, testatores in testamento exprime-  
bant. Cujac. libr. 14. Observ. ii. Deed poterat adhuc dubitari;  
utrum non tantum testium, sed & ipsius Testatoris Signa-  
tura in Testamento pro formâ requiratur: Et quamvis ali-  
qui, inter quos est Speckh. cap. 1 queß. 49. n. 8. hoc affir-  
mant, imò etiam proprium Testatoris sigillum exigant, non  
tamen videtur hæc sententia amplectenda, cum neque in l.  
hæc consultissima. 21. C. d. testam. aut aliis Legibus Justinian ne-  
que in Constitutione Maximiliani, sive d. Rec. Imp. de Anno 1512.  
ullibi hoc exigatur, sed saltem testatoris subscriptio, aut si-  
ius scri-

is scribere nequeat, octavi testis, qui non testatoris, sed sum  
um nomen subscribere debet, efflagitetur. d. l. 21. §. l. 28. §.  
ut. C. de Testam. Vid. Mantz. d. testam. tit. 4. quæst. 1. n. II. nec de-  
beamus plus ad formam seu substantiam alicujus actus, exigere  
quæ Leges ipsæ exigunt. arg. l. 19. ibi supersticibus quidem C.  
d. Collat. Nov. 18. cap. 5. Harprecht. ad §. 3. Inst. de locat. conduct.  
n. 236. (II.) In Oblatione & depositione pecuniaæ debitæ judiciali,  
ut illa plenissimam liberationem, tam quoad sortem, quam  
usuras tribuat, etiam obsignationis necessitas obtinet. l. 9. ibi:  
obsignatione totius. C. d. Solut. l. 6. ibi: eaque non accipiente §. 29. ibi.  
consignata. C. d. usur. Non enim sufficit illam deponi in judi-  
ciō, sed præter alia requiritur simul, ut citatō credi-  
tore ad videndum deponi, in judiciō, præviā ostensione &  
numeratione, obsignetur. Zanger d. Except. part 3. cap. 2. n. 79.  
§ seqq. Carprov. lib. 5. Rep. 99. n. 22. § seqq. (III.) In instrumen-  
tis Notariorum, cum aliis solennitatibus, non tantum subscrip-  
tio, sed & subsignatio eorum de necessitate requiritur &  
ad essentiam, formam ac validitatem Instrumentorum pertinet:  
quod jure novissimo Recess. Imp. de Anno. 1512. Rubr. von den  
Notarien §. und nach dehm 3. apertè provisum est, idque in-  
stantium, ut non sufficere privatum eorum signum, sed No-  
tariatus publicum desiderari putet per. d. Rec. Imp. §. die Nota-  
rien sollen auch 16. Carprov. libr. 3. Rep. 8. Add. Richter Decis.  
32. n. 26. seqq. Cæterum cum adhuc plura alia de utilitate &  
necessitate Signationis maximè Publicæ & Judicialis Clarissi-  
mus ac Prænobilis DN. JOHANN. VONSEN. Juris Candida-  
tus dignissimus, in suâ Disputatione Inaugurali, quam de OBSI-  
GNATIONE JUDICIALI, von der Gerichtlichen Versiegelung satis  
doctè ac eleganter elaboravit, tradat, pluribus hîc supersedeo.

Natus verò Is est ROSTOCHI D. XXV. Junii, AN. M DC. LXV.  
Patrem veneratur Virum Nobiliss. Consultiss. & Excellentiss.  
B. DN. ANDREAM. VONSEN. J. U. D. Sereniss. Ducum Mecle-  
burg. Consist. Provinc. Adseß. & Pand. Prof in hac Academiâ  
Publ. Affinem ac Collegam meū, dum viveret, honoratissimum.  
Matrem verò Fœminam omnibus virtutibus sui sexus deco-

tissimam MARGARETHAM SCHMIDES/ adhuc, D<sup>e</sup>i grā-  
tiā, superstitem. Ab his Parentibus quām primū egressus in-  
fantiam , privatæ Præceptorum informationi commissus, &  
subsequentibus annis publicam hujus Urbis Scholam fre-  
quentare jussus est, ut ductu dictæ Scholæ Collegg. fidelissi-  
morum B. Dn. M. ROPERTI, Sub. Rect. B. Dn. M. MOH-  
RII. Conrect. & DN. M. NIHENKII. Rect. hodie ad ædem  
D. Petr. sacram. Eccles. vigilantiss. solida morum, pietatis & lite-  
rarum ponerentur fundamenta. Quibus, providā in primis B.  
Dn. Parentis inspectione accedente, bene feliciterve jactis, ut in  
Philosophicis, maximè Ethicis, Politicis & Eloquentiæ studiō  
magis magisq; proficeret, ulteriori prædicti B. Dn. Mag.  
MOHRII. privatæ informationi traditus, & hujus Viri fide-  
li manuductione & curā his optimis disciplinis ita imbutus,  
ut altiora implumis & imparatus aggredi, & receptionem in  
Album studiosorum postulare indignus non videretur.  
ANNO Itaq; M DC. LXXXIV. Magnif. DN. Rect.  
DN. M. GOTTLÖB FRIDERICH Seligman. P. P. hodie  
Eccles. apud Lipsienses meritiss. rite receptus, & liberò à DN. Pa-  
rente, cuinam majorum studiorum generi se manciparet,  
factō arbitriō, Juris selegit Disciplinam , ratus, sic fu-  
tendum, ut & sibi illa, quæ majori natu fratri, quodd sedula  
B. Dn. Parentis in studiō juris fruitus informatione, contin-  
geret felicitas, ipsumq; Dn. parentem, ut in ipsis literarum  
auspicuī, ita & in Juris arte Ducem habere liceret. Quas in  
erudiendo filiō partes & viam juris monstrando, ut lāetus im-  
plere cæperat Optimus Parens, ita & perrexisset, nisi eun-  
dum publica negotia & Provincialia Comitia, quibus partim  
hic Rostochii, Sternebergæ & Malchini indictis habitisve SE-  
RENISSIMI DUCIS AC DOMINI, DN. CHRISTIANI  
LUDOVICI, DUC. MECLENB. &c.&c. DN. nostri lon-  
ge Clementissimi Nomine, Legatus interfuit, à privatā simul  
& publicā LL. interpretatione retraxisset. Interim quibus-  
cung; etiam publicis districtus negotiis omnem studiorum fi-  
lli rationem & curam non abiecit, sed præscribendo, adhor-  
dando

tando, atq; sedulò inquirendo interim vigilavit, voluitq; durantibus publicis occupationibus, Præ-Nobil. Consultiss. & Excellentiss. hujus Academiae Professoribus publicè profitebūs, & mihi Institutiones interpretanti diligenter adhæret, quò ipsum solidis intermediò tempore enutritum juris principiis faciliùs feliciusvè posteà ad altioris scientiæ prudenter, quam ipse redigere valeret: Sed nec hic B. Dn. Paren's voti sui factus est compos, dum placidâ beatâq; AN. M. DC LXXXV. defunctus morte, filio in studiis prodeesse magis non potuit. Interim Js post B. DN. Parentis sui obitum paternarum adhortationum continuò memor, non minori diligentia Juris studio operam dedit, iterumq; meā operā in Institut. Collegio optimo successu usus est: Quò tempore cum & Nobiliss. atq; Doctiss. DN. JOHANN. RIESEN J. U. Ddus, hodie Doctor ac Consist. Duc. Advoc. Ord. Dn. Matris uteretur hospitiis, Privatisq; Lector. & Disput. Institut. & Digestor. Collegiis vacaret, iisdem, commodā in ædibus oblata occasione, sedulò interesse, & frequentes eum fructu instituere collationes non neglexit. Ut verò in Academiâ Patriâ quæsitam juris scientiam in exteris Oris magis excoleret, fama Electoralis Academiæ, quæ in Regio Prussorum monte floret, allectus, istuc D. VI. Jun. AN. M. DC. LXXXVI. abxit, & amore scientiæ per integrum biennium ibi substitit, & Nobiliss. atque Ampliss. DN. GEORGII MIENUTHEN Senat. Reipl. Chniphofian. meritiss. hospitiò est usus. Ut eruditetur proficeretq; ibi, non tantum Præ-Nobiliss. Consultiss. & Excellentiss. DNN. Juris Profess. & Doctoribus legentibus & disputantibus adhæsit, & Præsidibus, DN. JOH. CHRISTOPH. BOLTZEN J. U. D. & P. P. Ordin. & DN. ACHATIO CHRISTIANO RANGERN, J. U. D. P. P. & Consist. Sambiensis. Assess. graviss. publicas Opponentis vices sæpiissimè sustinuit, sed etiam pari sollicitudine Dissertissimos Advocatos & Causarum Patronos in supremis Electoralibus Judiciis gloriose vocis munimine labo. rantum spem, vitam & posteros defendentes & jus ad facta dexterè applicantes cum non minimo emolumento audivit. Domum à DN.

**DN. à Matre AN. M. DC.LXXXIX revocatus omne tempus,**  
quod Nominis professionem Juridicæ Facultati ad examen  
rigorosum factam adhuc antecedit, diligentissimâ illorum,  
quæ ex prædictoriū Excell. Dnn. Profess. & Doctorū ore in Pa-  
triâ ante, & exterâ Academia didicerat, repetitione & bonorū  
Universi juris Interpretum lectione & relectione consumsit, pu-  
blicis freqventib. insuper in jure Oppositionū & Ventilatio nis  
Thesum Juridicarum de RENUNCIATIONIBUS sub Viri Nobiliss.  
atq; Doctiss. DN. CASP. MATTH. MULLERI J.U.D. Præsidio  
editis Speciminibus. Die xxii. SEPT. A. M. DC. LXXXI. factâ  
jam ante, summâ humanitate, mihi istō tempore Decano no-  
minis Professione, Examen Ampliss. Facultatis Juridicæ rigo-  
rosum cum summâ laude sustinuit, illōque exantlato, conspi-  
rantibus omnium suffragiis Inauguralem Disp. habendi ac sum-  
mum in utroq; jure Honorem assumendi nactus est licenti-  
am. Cui Disp. Inaug. cum Dies xviii. Junii, Deo dante, dictus sit,  
Ego Magnif. DN. RECTOREM, Utriusq; Reipubl. Nobiliss.  
ac Ampliss. SENATUM, omnesque, omnium Ordinum Cives  
ac Literatos, Literarumque Fautores, ut suâ frequenti præ-  
sentiâ Actum hoc Inauguralem illustriorem red-  
dant, eâ, quâ par est, observantia ac  
humanitate invito.

**P.P. Sub sigillo Decanat. Die XVI. Junii.**  
**Anno. MDCLXXXI.**





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn741705842/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741705842/phys_0011)





tando, atq; sedulò inquirendo interim vigilavit,  
durantibus publicis occupationibus, Præ-Nobil.  
Excellentiss. hujus Academiæ Professoribus publi-  
cibus, & mihi Institutiones interpretanti diligen-  
ter, quò ipsum solidis intermediò tempore enu-  
principiis faciliùs feliciusvè posteà ad altioris scien-  
tiam ipse redigere valeret: Sed nec hic B. Dn. Pare-  
ns est compos, dum placidâ beatâq; AN. M. DC LX  
etus morte, filio in studiis prodesse magis non  
rim Js post B. DN. Parentis sui obitum paternar-  
tionum continuò memor, non mineri diligentia  
operam dedit, iterumq; meâ operâ in Institut. C.  
mô successu usus est: Quò tempore cum & Nobiliss.  
DN. JOHANN. REESEN J. U. Ddus, hodi-  
Consist. Duc. Advoc. Ord. Dn. Matris uteret  
Privatisq; Lector. & Disput. Institut. & Digest.  
vacaret, iisdem, commodâ in ædibus oblatâ occa-  
interesse, & frequentes eum fructu instituere coll-  
negexit. Ut verò in Acadeniâ Patriâ quæstan-  
tiam in exteris Oris magis excoleret, famâ Electo-  
riæ, quæ in Regio Prussorum monte floret, al-  
D. VI. Jun. AN. M. DC. LXXXVI. abxit, & am-  
per integrum biennium ibi substituit, & Nobiliss. at  
DN. GEORGII MIENUTHEN Senat. Reipl.  
an. meritiss. hospitiò est usus. Ut eruditetur proficere  
tantùm Præ-Nobiliss. Consultiss. & Excellentiss. D.  
Profess. & Doctoribus legentibus & disputantibus ad  
sidibus, DN. JOH. CHRISTOPH. BOLTZEN J. U.  
Ordin. & DN. ACHATIO CHRISTIANO  
J. U. D. P. P. & Consist. Sambiensis. Assess. grav.  
Opponentis vices sèpissimè sustinuit, sed etiam p-  
dine Dissertissimos Advocatos & Causarum Pat-  
premis Electoralibus Judiciis gloriozæ vocis mun-  
rantium spem, vitam & posteros defendentes & jus-  
trè applicantes cum non minimò emolumento audi-

